

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

M. Tvllii Ciceronis Orationvm Pars ...

Cicero, Marcus Tullius

Coloniae Agrippinae, 1622

Oratio III.

[urn:nbn:de:bsz:31-116541](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-116541)

TIO
PRO Q. ROSCIO

COMOEDO,

ORATIO III.

Principium deest: etiam narratio, si qua fuit cum
nonnulla parte confirmationis.

malitiam natura, crederetur. is scilicet vir optimus, et
singulari fide praeclitus, in suo iudicio tabulis suis re-
sistibus uti conatur. solent ferè dicere qui per tabulas
hominis honesti pecuniam expensam tulerunt, Ego-
ne talem virum corrumpere potui, ut mea causa fal-
sum in codicem referret? expecto, quàm mox Che-
rea hac oratione utatur, Ego ne hanc manum plenam
perfidia, et hos digitos meos impellere potui, ut fal-
sum perscriberent nomen? quod si ille suas proferet
tabulas, proferet suas quoque Roscius. erit in illius ta-
bulis hoc nomē. at in huius non erit. cur potius illius, et
huius crederetur? scripsisset ille, si non iussu huius ex-
pensum tulisset? non scripsisset hic, quod sibi expen-
sum ferri iussisset? nam quemadmodum turpe est
scribere, quod non debetur: sic improbum est non re-
ferre, quod debet: aque enim tabula condemnantur
eius, qui verum non retulit; et eius, qui falsum per-
scripsit. Sed ego copia et facultate causa confisus, vi-
de, quo progrediar. si tabulas C. Fannius accepit, et
expensi proferit suas, in suam rem, suo arbitrato scri-
ptas, quo minus secundum illum iudicetur, non recusor.

* quis

Manuscript note:
Ego ne talem virum corrumpere potui, ut mea causa falsum in codicem referret? expecto, quàm mox Cherea hac oratione utatur, Ego ne hanc manum plenam perfidia, et hos digitos meos impellere potui, ut falsum perscriberent nomen? quod si ille suas proferet tabulas, proferet suas quoque Roscius. erit in illius tabulis hoc nomē. at in huius non erit. cur potius illius, et huius crederetur? scripsisset ille, si non iussu huius expensum tulisset? non scripsisset hic, quod sibi expensum ferri iussisset? nam quemadmodum turpe est scribere, quod non debetur: sic improbum est non referre, quod debet: aque enim tabula condemnantur eius, qui verum non retulit; et eius, qui falsum perscripsit. Sed ego copia et facultate causa confisus, vide, quo progrediar. si tabulas C. Fannius accepit, et expensi proferit suas, in suam rem, suo arbitrato scriptas, quo minus secundum illum iudicetur, non recusor.

Manuscript note:
scripsisset hic, quod sibi expensum ferri iussisset? nam quemadmodum turpe est scribere, quod non debetur: sic improbum est non referre, quod debet: aque enim tabula condemnantur eius, qui verum non retulit; et eius, qui falsum perscripsit. Sed ego copia et facultate causa confisus, vide, quo progrediar. si tabulas C. Fannius accepit, et expensi proferit suas, in suam rem, suo arbitrato scriptas, quo minus secundum illum iudicetur, non recusor.

PRO

ORATIO

- 3 *quis hoc frater fratri, quis parens filio tribuit, v^t quodcumque retulisset, id ratum haberet? ratum habebit Roscius, profer. quod tibi fuerit pers. a sum, huic erit persuasum: quod tibi fuerit probatum, huic erit probatum. paulo ante à M. Perpenna, P. Saturi, tabulas poscebamus, nunc tuas, C. Fanni Cherea, solentis flagitamus: & quo minus secundum eas litetur, non recusamus. * quid ita non proferis? non conficit tabulas? imo diligentissime. non refert parua nomina in codices? imo omnes summas. lege & tenuit hoc nomen? H-S CCCIOOO sunt: quomodo tibi tanta pecunia extraordinaria tacet? quomodo H-S CCCIOOO in codice accepti & expensi nō sunt? prob. dii immortales, esse ne quenquam tanta audacia praeditum, qui quod nomen referre in tabulas timet, id petere audeat? quod in codicem iniuratus referre noluit, id iurare in litem non dubitet? quod sibi probare non possit, id per suadere alteri conetur? * Nimum cito ait me indignari de tabulis: non habere se hoc nomen in codice accepti & expensi relatum confitetur, sed in aduersarijs patere contendit. vsque eo ne te diligit, & magnifice circumspicit, vt pecuniam non ex tuis tabulis, sed aduersarijs petas? suum codicem testis loco recitare, arrogantia est: suarum perscriptionem, & liturarum aduersaria proferre, non amentia est? * quod si eandem vim, diligentiam, auctoritatem habent aduersaria, quam tabulae, quid attinet codicem in situare, conscribere ordinem conseruare? memoria tradere literarum vetustatem? seu si, quod aduersarijs nihil credimus, ideo codicem scribere instituimus: quod etiam apud omnes leue & infirmum

immortal

PRO Q

firmitas est. id apud decem? * quid est uersaria? quid est tabula? qua de consensu aeternae: hac dilectae: hac parui temporis existimatio filium hoc iura dicit. illa uersaria in iudicium tulit: tabulas retractate. quid auctore comen petere non est confutata, dicitur quod ad rem reuertendum hic nomen Fanni proficit: quid respiciendum pro non habet, iustitiam codicem accepti & expensi sex mensis, cur tam diu? quid, si tandem modo iam omnes, qui pete rationes in tabulis triuennium amplius in trum cetera nomina digesta dedit, etiam sic? si etiam, quia ordinem referret, etat in prima magis nullo scio, debere gaturas, ne referret habet? Sed haec

PRO Q. ROSCIO COM.

firmum est, id apud iudicem graue & sanctum esse
 dicitur? * quid est, quod negligenter scribamus ad-
 uersaria? quid est, quod diligenter consiciamus ta-
 bulas? qua de causa? quia haec sunt menstrua, illae
 sunt aeternae: haec delentur statim, illa seruantur san-
 ctè; haec parui temporis memoriam, illa perpetuam
 existimationis fidem & religionem amplectuntur:
 haec sunt deiecta, illa in ordinem confecta. utaque ad-
 uersaria in iudicium protulit nemo: codicem pro-
 iulit: tabulas recitauit. tu C. Piso, tali fide, virtu-
 te, grauitate, auctoritate ornatus, ex aduersarijs pe-
 cuniam petere non auideres. * ego, quae clara sunt
 consuetudine, diutius dicere non debeo: illud vero,
 quod ad rem vehementer pertinet, quero; quam pri-
 dem hoc nomen Fanni in aduersaria retulisti? eru-
 pescit: quid respondeat, nescit: quid fingat exem-
 plo, non habet, sunt duo menses iam, dices: tamen in
 codice accepti & expensi referri debuit. amplius sunt
 sex menses, cur tam diu iacet hoc nomen in aduersa-
 rijs? quid, si tandem amplius triennium est? quo-
 modo, cum omnes, qui tabulas conscribant, menstruas
 pene rationes in tabulas transferant, tu hoc nomen
 triennium amplius in aduersarijs iacere pateris? * v. 3
 trum cetera nomina in codicem accepti & expensi
 digesta habes, an non? si non, quo modo tabulas con-
 scribis? si etiam, quam ob rem, cum cetera nomina in
 ordinem referebas, hoc nomē triennio amplius, quod
 erat in primis magnum, in aduersarijs relinquebas?
 nolebas sciri, debere tibi Roscium, cur scriberbas? ro-
 gatus eras, ne referres? cur in aduersarijs scriptum
 habebas? Sed haec quanquam firma esse video: ta-

G

meri

inen ipse mihi satisfacere non possum, nisi à C. Favianio ipso testimonium sumo, hanc pecuniam ei non deberi. magnum est, quod conor: difficile est, quod polliceor: nisi eundem & aduersarium, & testem habuerit Roscius, nolo vincat. * Pecunia tibi debetur certa, qua nunc petitur per iudicem, in qua legima partis sponsio facta est. hic tu si amplius H. S. nummo petisti, quam tibi debitum est, causam perdidisti: propterea quod aliud est iudicium, aliud est arbitrium. iudicium est pecunia certa: arbitrium incerta. ad iudicium hoc modo venimus, ut totam litem aut obtineamus, aut amittamus: ad arbitrium hoc animo adimus, ut neque nihil, neque tantum, XII quantum postulauimus, consequamur. * eius rei ipsa verba formule testimonio sunt, quid est in iudicio? directum, asperum, simplex. si peteret H. S. 1000 dari tibi op. hic, nisi planum facit H. S. 1000 ad libitum sibi deberi, causam perdit. quid est in arbitrio? in te, moderatum, quantum equius & melius sit dari. ille tamen consuetur plus se petere, quam debeat: sed satis superque habere dicit, quod sibi ab arbitro tribuatur. itaque alter causa confidit, alter diffidit. * Quae cum ita sint, quero abs te, quid ita de hac pecunia, de ipsis H. S. 1000, de tuarum tabularum fide compromissum feceris, arbitrium sumseris, quantum equius & melius sit dari repromittitur, si peteret. qui in hac rem fuit arbiter? vnam is quidem Roma esset. Roma est. iam vrinam adesset in iudicio. adest. vrinam sederet in consilio C. Pisonis. ipse C. Piso est. eundem ne tu arbitrum, & iudicem sumebas? eundem & infinitam largitionem remittebas? & eundem in angusti-
 simam

col: bollem
 ad m. m. m. m. m.
 libolige nia
 magis. v. m. m. m. m. m.

finem formulam
 quem ad arbitrum
 tu? nemo: quantum
 iij. de quo nomina ad
 dicem venisti? ceteri
 defactari animaluerunt
 hic ab arbitro ad iudicem
 hac pecunia, de tabularum
 causis sine pecunia non
 sunt confecta: adiuuere
 esse non dicit: cum tabu-
 vi stipulati se esse dicit
 certa pecuniam petere
 vbi? quo die? quo te?
 disse me dicit? nemo.
 di. satis fides & libitum
 sit, latu formule & ipse
 se videt, sur secundum
 cum petita est certa, cum
 hac pecunia, necesse est
 stipulata sit. datam non
 pensam latam non esse, ca-
 pulatam non esse, tantum
 ergo est, quod & rei esse
 & existimatio sanctorum
 u. quem res non manum
 secundum nos iudicare
 quod propter existimatio
 remittimus? permissio
 ma iudicia legitima. om-
 nia officia domestica con-

PRO Q. ROSCIO COM.

finem formulam sponſionis concludebas? qui unquam ad arbitrum, quantum petijt, tantum abſtulit? nemo: quantum enim equius eſſet ſibi dari, petijt. de quo nominis ad arbitrum adijt, de eo ad iudicem veniſti. * ceteri quum ad iudicem cauſſam la-
 beſactari animaduertunt, ad arbitrum confugiunt: hic ab arbitro ad iudicem venire eſt auſus: qui cum de hac pecunia, de tabularum fide arbitrum fuiſſet, indicauit ſibi pecuniam non deberi. iam duae partes cauſſae ſunt conſectae: adnumerare ſeſe negat: expenſum cuſiſſe non dicit: cum tabulas non recitat, reliquum eſt, ut ſtipulatum ſe eſſe dicat. praeter ea enim quemadmodum certa pecuniam petere poſſit, non reperio. ſtipulatus eſt? ubi? quo die? quo tempore? quo praefente? qui ſponſiſſe me dicit? nemo. * Hic ego ſi finem faciam dicen-
 di, ſatis fidei & diligentiae meae, ſatis cauſſae & controuerſiae, ſatis formulae & ſponſioni, ſatis etiam iudici feciſſe videar, cur ſecundum Roſcium iudicari debeat. pecunia petita eſt certa, cum tertia parte ſponſio facta eſt. hac pecunia, neceſſe eſt, aut data, aut expenſa lata, aut ſtipulata ſit. datam non eſſe, Fannius conſtitetur: expenſam latam non eſſe, codices Fannij conſirmant: ſtipulatum non eſſe, tacetur neque teſtium concedit, * quid
 ergo eſt, quod & res eius eſt, cui & pecunia leuiſſima
 & exiſtimatio ſanctiſſima fuit ſemper: & iudex eſt natura
 is, quem nos non minus bene de nobis exiſtimare, quam
 ſecundum nos iudicare velimus: & aduocatio ea eſt
 quae propter eximium ſplendorem, ut iudicem unum, ve-
 reri debeamus? perinde ac ſi in hanc formulam omnia
 iudicia legitima, omnia arbitria honoraria, omnia
 officia domeſtica conſuſa, & comprehenſa ſint?
 G 2 perin-

perinde dicemus. illa superior fuit oratio necessaria,
hac erit voluntaria: illa ad iudicem, hac ad C. Pisonem:
illa pro reo, hac pro Roscio: illa victoria, hac
16 bone existimationis causa comparata. * Pecuniam
petis Fanni à Roscio: quam? dic audacter, & aperte,
vtrum qua tibi ex societate debeatur, an qua ex
liberalitate huius promissa sit, & ostentata: quorum
alterum est grauius, & odiosius: alterum leuius, &
facilius. qua ex societate debeatur? quid ais? hoc ià
non leuiter ferendum est, neque negligenter defendendum.
si qua enim sunt priuata iudicia summa existimationis,
& pene dicam capitis, tria haec sunt, fiducia, tutela, societas.
aeque enim perfidiosum & nefarium est fidem frangere,
qua continet vitam: & populum fraudare, qui in tutelam peruenit:
27 & socium fallere, qui se negotio coniunxit. * Quae cum
ita sunt, qui sit qui socium fraudarit, & sefellit, confidemus:
dabit enim nobis iam tacite vitam aeternam
alteri partem firmum & graue testimonium.
Quintus Roscius? quid ais? nōne, vt ignis in aquam
coniectus continuo restinguitur, & refrigeratur; sic
referuens falsum crimen in purissimam & castissimam
vitam collatum statim concidit, & extinguitur?
Roscius socium fraudauit? potest hoc homini
huic herere peccatum, qui medicus fidus (audacter dico)
plus fidei, quam artis, plus veritatis, quam disciplina
possidet in se: quem populus R. meliorem vitam,
quam histrionem esse arbitratur: qui ita diligens
est scena propter artificium, vt dignus sit curia
propter abstinentiam? * sed quid ego meptus
de Roscio apud Pisonem dico? ignotum hominem scilicet

aut per
aut contra
aut ad defensionem

Similitudo

ic: pparioru verbo
nium mortaliu
quisquam, qui
propter, ut
tra huius, vena? ex
que in causam nomen
vrum bonam esse dicitur
fi? quod nemo nisi
facere consuevit. * qu
esse inconstans, qui enim
& vrum optimum, &
si dices: eundem tu
vrum primarium esse
arguebat. sed, vt op
crimen gratis conca
dicabat: Chorea ar
dedit Roscio. est
minum absurdum, q
dum, mentem, dicit
expetimus possit: ta
tamen, quem fraudat
Chorem Roscio fra
qui vtriusque nota, p
te: qui non nisi
missum caput, &
m. aliam, & etiam
ne ad vna vnguium
quam coniecturam
figurae se aude, fall
datur, qui se vno capite
nulum pilum vna bo

PRO Q. ROSCIO COM.

icit pluribus verbis commendo. estne quisquam omnium mortalium, de quo melius existimes tu? estne quisquam, qui tibi purior, prudentior, humanior, officiosior, liber alior videatur: quid tu Saturi, qui contra hunc venis? existimas aliter? nōme, quotiescunque in causa in nomen huius incidisti, toties hunc & virum bonum esse dixisti, & honoris causa appellasti? quod nemo nisi aut honestissimo, a ut amicissimo facere consuevit. * qua in re mihi ridicule es visus 19 esse inconstans, qui eundem & laderes, & laudares: & virum optimum, & hominem improbitimum esse diceres: eundem tu & honoris causa appellabas, & virum primum esse dicebas, & socium fraudasse arguebas. sed, ut opinor, laudem veritati tribuebas, crimen gratia concedebas: de hoc, ut existimans, predicabas: Cherea arbitrari causam agebas. Fraudavit Roscius. est hoc quidem auribus, animūq; hominum absurdum. quid si tandem aliquem timidum, dementem, diuitem, inertem nactus esset, qui experiri non posset? tamen incredibile esset. * veruntamen, quem fraudavit? videamus. C. Fannium Cheream Roscius fraudavit? oro atque obsecro vos, qui utrumque nostis, vitam inter se virtusque conferre: qui non nostis, faciem virtusque considerare, nonne ipsam caput, & supercilia illa penitus abrasa olere matritiam, & clamitare calliditatem videntur? nonne ab imis vnguibus vsque ad verticem summum, si quam coniecturam affert hominibus tacita corporis figura, ex fraude, fallacijs, mendacijs cōstare totum videtur, qui iccirco capite & supercilijs semper est rasis, ne vllum pilam viri boni habere dicatur? cuius per-

20
descriptio
hominis

ORATIO

sonam praeclarè Roscius in scena tractare consuevit.
 neque tamen pro beneficio ei par gratia refertur: nana
 Baktonem illum improbiſſimum, & perurifiſimum
 lenonem cum agit, agit Cheream. persona illa, lutu-
 lenta, impura, miſa, in huius moribus, natura, vi-
 taq; est expreſſa. qui quamobrem Roscium ſimilem
 ſui in fraude & malitia exſtimarit, nihil videtur:
 niſi fortè, quod praeclarè hūc imitari ſe in persona le-
 nonis animaduertit. * quamobrem etiam atq; etiam
 21 conſidera C. Piſo. qui quem fraudaffe dicatur. Ro-
 ſcius Fannium? quid eſt hoc? probus improbum, pu-
 dens impudentem, peritum caſtus. callidum impe-
 ritum, liberalis auarum & incredibile eſt. quem admo-
 dum ſi Fannius Roscium fraudaffe diceretur, virun-
 que ex viri uſq; persona veriſimile videretur, & Fan-
 nium per malitiam feciſſe, & Roscium per impru-
 dentiam deceptum eſſe: ſic, cum Roscius Fannium
 fraudaffe arguatur, viruſq; incredibile eſt, & Roscium
 quicquā per auaritiā appetiſſe, & Fannium quic-
 quam per ſuam bonitatem amiſiſſe. * principia ſunt
 22 huiusmodi: ſpectemus reliqua. H. S. 1000. Q. Roscius
 fraudauit Fannium. qua de cauſſa? ſubridet Satu-
 riuſ veterator: ut ſibi videtur, ait, propter ipſa H. S.
 1000 video: ſed tamen cur ipſa H. S. 1000 tam ve-
 hementer concupierit, quaero. nam tibi M. Perpen-
 na, C. Piſo cerie tanti non fuiſſet, ut ſocium fraudae-
 retis. Roscio cur tanti fuerit, cauſſam requiro. ege-
 bat? imò locuples erat. debebat? imò in ſuis numis
 verſabatur. auarus erat? imò etiam antequam locu-
 ples ſemper liberaliſſimus, munificentiſſimuſq; fuit.
 23 * proh deum hominumq; fidem, H. S. 1000. 1000.

CCC

*Exemplum
 mali facti
 tubulore*

*22. 5. 1000
 1000*

PROLOGUS
 CCCCIO. CCCCIO
 ceri H. S. CCCCIO
 noni & CCCCIO
 CCCCIO. CCCCIO
 dem, & malitiam, &
 tpe? & illa ſunt peccata
 boniſſa, haec ſeruida illa
 pris, haec in cauſſa, &
 anno proximo H. S. 1000
 potuit, uoluit: labore
 buru reuicit: populo R.
 bi ſeruire iam perditu
 fauerit? ſed ſi uis quaeſ
 tempore & gurgitiuſ
 Roscio H. S. 1000 cu
 & tam inſinita pauc
 boru, ſed propter ma
 diarit. Quid ego mun
 tem uenit certo ſcio?
 ſciu, ſunt ſura, ſunt
 ſtatu, ut qui ant
 ctiona erare poſſit:
 iuſq; damno dolore,
 publice a pratore ſor
 modatur. * que
 cio adegeruſ Q. Roſci
 nobiſſima erat, ſub
 ita? propter familia
 propter integritatem
 propter magnitudin
 pro arbitrio circun

PRO Q. ROSCIO COM.

CCCCCCC. CCCICCCC. quastus facere noluit, (nā
 certè H-S C C C I C C C C. CCCICCCC. CCCICCCC.
 merere & potuit & dabuit, si potest Dionysia H-S C
 CCCICCCC. CCCICCCC. merere in per summā frau-
 dem, & malitiam, & perfidiam H-S I C C C C appe-
 tije? & illa fuit pecunia immanis, hæc paruula: illa
 honesta, hæc sordida: illa iucunda, hæc acerba: illa pro-
 pria, hæc in causa, & in iudicio collocata. decem his
 annis proximis H-S sexages honestissimè consequi
 potuit, noluit: laborem quastus recepit, quastum la-
 boris rececit: populo R. adhuc seruire non destitit, si-
 bi seruire iam pridem destitit. * hoc tu vnquā Tanni² 4
 faceres? sed si hōs quastus recipere posses, non eodem
 tempore & gestum & animam ageres: dic nunc te ab
 Roscio H-S I C C C C circumscriptum esse, qui tantas,
 & tam infinitas pecunias non propter inertiam la-
 boris, sed propter magnificentiam liberalitatis repu-
 diarit. Quid ego nunc illa dicam, quæ vobis in men-
 tem venire certo scio? fraudabat te in societate Ro-
 scius, sunt iura, sunt formulae de omnibus rebus con-
 stituta, ne quis aut in genere iniuria, aut ratione a-
 ctionis errare possit: expressæ sunt enim ex vniscu-
 iusq; damno, dolore, incommodo, calamitate, iniuria
 publicæ à prætore formula, ad quas priuata lū accō-
 modatur. * quæ cum ita sint: cur non arbitriū pro so-
 cio adegeris Q. Roscium, quæro. formulam nō noras?
 nobilissima eras, iudicia grauiā experiri nolebas? quid
 ita? propter familiaritatem veterem? cur ergo ledi?
 propter integritatem hominū? cur igitur infamulæ?
 propter magnitudinem criminis? ut anē vero, quem
 per arbitram circumuenire non posses, cuius de

res Cas
 hura affi
 omni rebus
 mille

Centena

6 4 eate

ORATIO

ea re proprium erat iudicium hunc per iudicem con-
 dēnabis, cuius de ea re nullum est arbitrium? quin
 tu hoc crimen aut obijce, ubi licet agere: aut tacere
 noli ubi non oportet. tamen si iam hoc tuo testimonio
 crimen sublatum est: nam quo tu tempore illa for-
 mula vii noluisti, nihil hunc in societatem fraudis fe-
 cisse ostendisti. fecit pactionem. num tabulas ha-
 bet, an non? si non habet, quemadmodum pactio est?
 26 si habet, cur non nominas? * dic nunc, Roscium ab s-
 te petisti, ut familiarem suum sumeres arbitrium, nō
 petisti. dic pactionem fecisse, ut absolueretur. non pe-
 pigit. quare quare sit absolutus. quod erat summa
 innocentia, & integritate. quid enim factum est? re-
 nisti domum viro Roscij: savi fecisti: quod temere
 cōmississes in iudicium ut denunciare, rogasti ut igno-
 sceret: te assuturum negasti: deberi tibi ex societate
 nihil, clamitasti. iudex hic denunciauit: absolutus
 est. tamen fraudis ac furti mentionem facere audes?
 perstat in impudentia: pactionem enim inquit, me-
 cū secerat. iccirco videlicet, ne condemnaretur? quid
 eras caussa, cur metueret ne condemnaretur? res erat
 27 manifesta: furtum erat apertum. * cuius rei furtum
 factum erat? exorditur magna cum expectatione ve-
 teris histronis exponere societate. Panurgus, inquit,
 fuit Fannij, si fuit ei cum Roscio communis. Hic pri-
 mum questus est non leuiter Saturius, communem
 factum esse gratis cū Roscio, qui pretio proprius fuisse
 Fannij. Largitus est scilicet homo liberalis, & dissolu-
 28 tus, & bonitate affluens Fannius Roscio. sic puto * quo-
 nam ille hic constitit paulisper, mihi quoque neces-
 se est paulum commorari. Panurgum tu Saturi
 pro-

PRO Q

proprum in Fannij
 se conter de quid et
 quid ad disciplina. fac
 qua parte et in Fannij
 parte erat Roscij, am-
 mo enim illum ex
 artificij comico est
 per se non amplius pos-
 que erat ad hoc re ad
 CCCXXXII d. societ
 ubi alter H. S. 1555
 societatem affert. cap.
 H. S. 1555 tu ex ar-
 ex disciplina & art-
 nimum. & expecta-
 favorem suum in
 Roscij facti discipula
 bant, qui ad huc ab
 nique huius nomē
 per suum exanimat
 ca. ex pactione nō
 panij animo adverte
 bant nō ab hoc pro-
 se arbitrio dantur. si
 ficio Roscium super
 nim. sicut ex impro-
 ex p. in histroni
 sumaret, quia rem
 quam faceret, videt
 comedo y fuerit: qu
 stilo, sed etiam cen-

PRO Q. ROSCIO COM.

proprium Fannij dici fuisse: at ego totum Roscij fuisse contendo. quid erat enim Fannij? corpus. quid Roscij? disciplina. facies non erat, ars erat pretiosa. ex qua parte erat Fannij, non erat H-S 1000: ex qua parte erat Roscij, amplius erat H-S 4000. nemo enim illum ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio comico aestimabat. nam illa membra merere per se non amplius poterant duodecim aris: disciplina, que erat ab hoc tradita, locabat se non minus H-S 4000. *o societatem captiosam & indignam, 29
 vbi alter H-S 1000, alter 4000 quod sit in societatem affert. nisi iccirco molestè patris, quod H-S 1000 tu ex arca proferebas, H-S 4000 ex disciplina & artificio Roscius promebat: quam enim rem, & expectationem, quod studium, & quem favorem secum in scenam attulit Panurgus? quod Roscij fuit discipulus, qui diligebant hunc, illi fauebant: qui admirabatur hunc, illum probabant: qui denique huius nomen audierant, illum crudum & perfectum existimabat. sic est vulgus: ex veritate pauca, ex opinione multa aestimat. *quid sciret ille, per pauci animadvertabant: vbi didicisset, omnes querebant: vbi ab hoc primum & peruersum produci posse arbitrabantur. si veniret ab Statilio, tamen si artificio Roscium superaret, aspiciere nemo possit: nemo enim, sicut ex improbo patre probum filium nasci, sic ex pessima histione bonum comedum fieri posse existimaret. quia veniebat à Roscio, plus etiam scire, quam sciebat, videbatur. quod item nuper in Eroete comedo vsuuenit: qui posteaquam es cena non modo sibi, sed etiam conuicio explodebatur, sicut in aram

ORATIO

confugit in huius domum, disciplinam, patrociniū,
 nomen, itaque perbreui tempore, qui ne in nonissemis
 quidem erat histrionibus, ad primos peruenit comoe-
 31 dos. * qua res exultat eum? vnā commendatio huius:
 qui tamen Panurgum illum non solum, vt Roscij di-
 scipulus fuisse diceretur, domum recepit, sed etiam
 summo cum labore stoma: ho. miseraque erudit:
 nam quo quisque est solertior, & ingeniosior, hoc do-
 cet iracundior, & laboriosior: quod enim ipse cele-
 riter atripuit, id cum tardē percipi videt, discru-
 ciatur. Paulo longius oratio mea prouecta est hac de
 causa. vt conditionem societatis diligenter cognosce-
 retur. * qua deinde consecuta? Panurgum, inquit,
 32 hunc seruum communem. Q. Flammus Tarquimen-
 sis quidam interfecit. in hanc rem, inquit, me cogni-
 torum dedisti: lite contestata, iudicio damnum iniuria
 constituto, tu sine me cum Flouio decidisti: vtrum
 pro dimidia parte, an pro tota fecerit? planius di-
 cam, vtrum pro me, an pro me & pro te? pro me?
 potui. exemplo multorum licitam est: iure secerunt
 multi: nihil in ea re tibi iniuria feci: pte tu tuum:
 exige, & aufer quod debetur: suam quisque partem
 iuris possideat, ac persequatur. at enim tu tuum ne-
 gotium gessisti bene. gere & tu tuum bene. magno
 tuam dimidiam partem decidisti: magno & tu tuam
 partem decide. H-S CCCIIIIII tu abstulisti. si so-
 33 hoc verē, H-S CCCIIIIII tu quoque aufer. * sed
 hanc decisionem Roscij, oratione, & opinione augere
 licet: re & veritate mediocrem & tenuem esse inue-
 nientis: accipit enim agrum temporibus ijs, cum iace-
 rent pretia praediorum: qui ager neq. villam habuit,
 neq.

uij. et vlla parte su-
 quam tunc fuit: a-
 rēp. calamitatem
 mne, deum inuenerit
 tura sunt certe: tu
 non: est ceterum
 quoniam natura ta-
 molestia & cura libe-
 gisse Roscio: fundi-
 ad te? tuam partem
 decid. verū hic vti
 potest, fingere conatu-
 go hic videri la. casu
 Flouio de sua parte
 tionem. * nam q-
 inuenerit, con-
 cistat non sua
 accepit. quid ita?
 nem peritum: qu-
 regam videri ac-
 tūat neminem
 uo sibi canere non
 licet Panurgum
 Flammus Roscio
 et litem commissa
 non respiciatur, ne
 de fundo decidat, &
 imperio facit, vt ne
 à Flouio iudicio so-
 quatione iuris, &
 firmam & firmisimam

atq; ex vlla parte fuit cultus, qui nūc multo pluris est,
 quam tunc fuit: neq; id est mirum: tum enim propter
 rēip. calamitates omnium possessiones erant incertae:
 nunc, deū immortalium benignitate, omnium for-
 tuna sunt certa: tum erat ager incultus sine recto,
 nunc est cultissimus cum optima villa. * veruntamē, 34
 quoniam natura tam maluolus es, nunquam ista te
 molestia & cura liberabo. praclare saum negotium
 gēssit Roscius: fundum fructuosissimū abstulit. quid
 ad te? tuam partem dimidiam, quemadmodum vis,
 decide. vertit hic rationem, & id, quod probari non
 potest, fingere conatur. de tota re, inquit, decidisti. er-
 go huc vniuersa caussa deducitur, vtrum Roscius cum
 Flauio de sua parte, an de tota societate fecerit pa-
 ctionem. * nam ego Roscium, si quid communi no- 35
 mine cepit, confiteor prestare debere societati. so-
 cietatis non suas lites redmittit, cum fundum à Flauio
 accepit. quid ita? satis non dedit, amplius à se nemi-
 nem petiturum: qui de sua parte decidit, reliquis in-
 tegram reliquit actionem: qui pro sociis transigit. Sa-
 tis dedit, neminem eorū postea petiturū. quid ita? Fla-
 uio sibi cauere non venit in mentem? nesciebat vide-
 licet Panargum fuisse in societate. sciebat, nesciebat,
 Fannium Roscio esse socium praclare. nam iste cum
 eo litem contestantem habebat. cur igitur decidit, &
 non restipulatur, neminem amplius petiturum? cur
 de fundo decidit, & iudicio non absoluitur? cur tam
 imperite facit, vt ne Roscium stipulatione alliget, neq; 36
 à Fannio iudicio se absoluat? * est hoc primum & ex
 conditione iuris, & ex consuetudine cautionū grauif-
 simum & firmissimum argumentum: quod ego plu-
 ribus

ribus verbis amplecterer, si non alia certiora & clari-
 oria testimonia in causa haberem. & ne forte me
 hoc frustra pollicitum esse praedices, te, inquam, Fanni
 37 ab iuis subfellijs contra te testem suscitabo. * Crimi-
 natio tua qua est? Roscium cum Flavio pro societate
 decidisse? quo tempore? ab hinc annis IV. defensio mea
 qua est? Roscium pro sua parte cum Flavio transsegisse,
 re promittis tu ab hinc triennium Roscio. quid? re-
 cita istam restipulationem clarius. attende quae Pi-
 so: Fannium inuitum, & huc atq; illuc tergiversan-
 tem, testimonium contra se dicere cogo. quid enim re-
 stipulatio clamat? QVOD A FLAVIO ABSTVLE-
 RO, PARTEM DIMIDIAM INDE ROSCIO ME
 38 SOLVTVRVM SPONDEO. tua vox est Fanni*
 quid tu auferre potes à Flavio, si Flavius nihil debet?
 quid hic porro nunc restipulatur, quod iam pridem
 ipse exegit? quid verò Flavius tibi daturus est, qui
 Roscium ne, quod debuit, dissoluit? cur in re tam ve-
 teri, in negotio iam confecto, in societate dissoluta,
 noua hac restipulatio interponitur? quis est huius re-
 stipulationis scriptor? testis? arbiter? quis? tu Piso: tu
 enim Q. Roscium pro opera pro labore, quod cogitor
 fuisset, quod vadimonia obisset, rogasti, vt Fannio da-
 ret H-S CCCIDDD, hac conditione, vt si quid ille ex-
 egisset à Flavio, partem eius dimidiam Roscio dissol-
 ueret, satis ne ista restipulatio dicere tibi videtur a-
 39 perte, Roscium pro se decidisse? * at enim forsitan hoc
 tibi veniat in mentem, re promississe Fannium Ros-
 cio, si quid à Flavio exegisset, eius partem dimidiam:
 sed omnino exegisse nihil. quid? tu non exitum exa-
 ctionis, sed initium re promissionis spectare debes: ne-
 que,

que, si ille persequi
 canit Roscium si
 si tandem placuit
 ej, post reprehensio
 CCCIDDD Fanni
 abfultisset tam
 mationi audebit?
 hehementer ad rem
 cum de tota lite fuer
 peret à Roscio, ne qu
 nunc vero, qd quod m
 quamobrem, cum
 H-S CCCIDDD s
 co Saturni quid p ar
 minio Fannium à
 stuliff, an alio non
 si alia de causa, q
 nulla, addidit ut ar
 omnino inquit H-S
 lit, neq; Patruq; me
 facio, post hanc re
 CCCIDDD à Flavi
 est, quin ad iudicium
 igitur hoc plannu
 res in iudicium
 qui res? Flaviu
 bis res? et prodic
 qui est ex hinc et au
 num iudicio comp
 haretus à me restip
 est: contra se manq

PRO Q. ROSCIO COM.

que, si ille persequi voluit, non, quod in se fuit, iudicavit Roscium suas, non societatis lites redemisse. quid si tandem planum facio, post decisionem veterem Roscij, post repromissionem recentem hanc Fannij H-S CCCIOOO Fannium à Q. Flavio Panurgi nomine abstulisse: tamen diutius illudere viri optimi existimationi audebit? paulo ante querebam id quod vehementer ad rem pertinebat, qua de causa Flavius, cum de tota lite faceret pactionem, neque satis acciperet à Roscio, neque iudicio absolueretur à Fannio. nunc vero, id quod mirum & incredibile est, requiro, quamobrem, cum de tota re decidisset cum Roscio, H-S CCCIOOO separatim Fannio dissolui? hoc loco Saturi quid pares respondere, scire cupio: vtrum omnino Fannium à Flavio H-S CCCIOOO non abstulisse, an alio nomine, & alia de causa abstulisse? si alia de causa, quæ ratio tibi cum eo intercesserat? nulla. addidit erat tibi? non frustra tempus contero: omnino inquit, H-S CCCIOOO à Flavio non abstulit, neq; Panurgi nomine, neque cuiusquam, si planum facio, post hanc recentem stipulationem Roscij H-S CCCIOOO à Flavio te abstulisse. nunquid causa est, quin ab iudicio ab eas turpissimè victu? quo teste igitur hoc planum faciam? venerat, vt opinor, hæc res in iudicium? certe. quis erat petitor? Fannius. qui reus? Flavius: quis iudex? Cluvius: ex his vnus mihi testis est producendus, qui pecuniam datam dicat. quis est ex his grauiissimus? sine controuersia, qui omnium iudicio comprobatus est iudex. quem igitur ex his rebus à me testem expectatu? petiorem? Fannius est: contra se nunquam testimonium dicet. reum? Flavius

40

41

42

ORATIO

Flavius est: is iam pridem est mortuus: si viueret, ver-
 ba eius audiretis. iudicem? Cluuius est. quid is di-
 cit? H. SCCCIDDD Panurgi nomine Flauium Fa-
 nio dissoluisse, quem ^{panurgi} si ex censu spectas, eques R. est:
 si ex vita, homo clarissimus est: si ex te, iudicem sum-
 ppsisti: si ex veritate, id quod scire potuisti & debuit, di-
 xit. ⁴³ nega, nega nunt, equiti Romano, homini hone-
 sto, iudici tuo credi oportere. circumspicit, astuat, ne-
gat nos Cluuij testimonium recitatuos. recitabi-
mus. erras: inani, & tenui spe te consolaris. recita
testimonium T. Manlij, & C. Luscij Ocrea, duorum
senatorum, hominum ornatissimorum, qui ex Clu-
uio audierunt. vtrum dicis, Luscio & Manlio, an
& Cluuiio non esse credendum? planius atque aper-
tius dicam: vtrum Luscus & Manilius nihil de H-
SCCCIDDD ex Cluuiio audierunt, an Cluuius
falsum Luscio & Manlio dixit? hoc ego loco, soluto
& quieto sum animo: & quorsum recidat respon-
sum tuum, non magnopere laboro: firmissimi enim,
& sanctissimi testimonij virorum optimorum cau-
⁴⁴sa Roscij communita est. ^{*} si iam tibi deliberatum
 est, quibus abroges fidem iusturandi: responde. Ma-
 nilio & Luscio negas esse credendum? dic: aude. est
 tua contumacia, arrogantia, vitæq; vniuersa vox:
 quid expectas, quam mox ego Lucium & Mani-
 lium dicam ordine esse senatores, et ategrandes natu-
 ratura sanctos & religiosos, copijs rei familiaris lo-
 cupletes, & pecuniosos? non faciam: nihil mihi
 detrahā, cum illis exacta ætatis seuerissime fru-
 ctum, quem meruerunt, retribuam, magis m'a ado-
 lescentia indiget illorum bona existimatione, quam
 illo-

18
 pro defen-
 sione.

PRO Q

horum seuerissima
 tuus vero Pajo
 dum est, vtrum
 an Manlio & Luscio
 das. Reliquum est,
 scio & Manlio con-
 demna est? diuina
 cam probant? et
 crediderit? cum
 cuius propter fidem
 parabat? quem ego
 deberet? cum refu-
 bit? dixit enim, in-
 io, si diceret iuratu-
 ter periturum, & m-
 ierari conseruat, q-
 possum, ut peccet ex-
 mel a veritate deflex-
 periturum, quam ad-
 quis enim deprecia-
 commemorat? prop-
 talitum parare, hoc
 non enim ex pactone
 comprehendatur, sed
 infidie tenduntur
 irasce, & succedere
 traria contentio. leu-
 rei turatus, qui ante
 enim iustitiam stupro-
 qua de re iudex iustis-
 mica necesse est castis-

Horum seuerissima senectus desiderat meam laudem.
 * tibi vero Piso diu deliberandum, & concoquen- 45
 dum est, virum potius Cherea iniurato in sua lite,
 an Manlio & Luscio iuratis in alieno iudicio cre-
 das. Reliquum est, vt Cluuium falsum dixisse Lu-
 scio & Manlio coniectat, quod si facit, qua impru-
 dentia est? eumne testem improbabis? quem iudi-
 cem probabit? ei negabit credi oportere, cui ipse
 crediderit? eius testis ad iudicem fidem infirmabit,
 cuius propter fidem & religionem iudicis testes com-
 parabat? quem ego si ferrem iudicem, resagere non
 deberet? cum testem producere reprehendere audo-
 bit? * dixit enim, inquit, iniuratus Luscio & Man- 46
 lio, si diceret iuratus, crederes? at quid interest in-
 ter periurum, & mendacem? qui mentiri solet, pe-
 ierare consuevit, quem ego vt mentiatur inducere
 possum, vt peteret exorare facile potero: nam qui se-
 mel a veritate deflexit, hic non maiore religione ad
 periurium, quam ad mendacium perducitur consuevit:
 qui enim deprecatione deorum, non conscientia fide
 commouetur? propterea, quae poena ab dijs immor-
 talibus periuro, haec eadem mendacis constituta est:
 non enim ex pactioe verborum, quibus iusiurandum
 comprehenditur, sed ex perfidia & malitia, per qua
 insidia tenduntur alicui, dij immortales hominibus
 irasci, & succensere consueuerunt. * at ego hoc ex co- 47
 trario coniendo. leuior esset auctoritas Cluuij, si dice-
 ret iuratus, quam nunc est, cum dicit iniuratus: tum
 enim forsitan improbus nimis cupidus videretur, qui
 qua de re iudex fuisset testis esset: nunc omnibus ini-
 micis necesse est castissimus & constantissimus esse vi-
 deatur,

48 deatur, qui id, quod scit, familiaribus suis dicit * dic
 nunc, si potes, si res, si causa patitur. Cluuium esse
 mentitum. mentitus est Cluuius? ipsa mihi veritas
 manum iniecit, & paulisper consistere, & commora-
 ri cogit. vnde hoc totum dictum, & constatum men-
dacium est? Roscius est videlicet homo callidus & ver-
 sutus. hoc initio cogitare cepit, quoniam Fannius à
 me petiit H-S CCCIOOO petam à C. Cluuius equite
 Romano, ornatissimo homine, vt mea causa men-
 tiatur: dicat decisionem factam esse, que facta non est:
 H-S CCCIOOO à Flauio data esse Fannio, que data
 non sunt. est hoc principium improbi animi, miseri
 ingenij, nullius consilij. * quid deinde? posteaquam se
 praclare confirmauit, venit ad Cluuium, quem homi-
 nem? leuem? immo grauisimum. mobilem? immo
 constantissimum. familiarem? immo alienissimum.
 hunc posteaquam salutauit, rogare cepit, blande, &
 concinne scilicet: mentire mea causa, viris optimis
 tuis familiaribus presentibus: dic Flauium cum Fan-
 nio de Panurgo decidiisse, qui nihil transiit: dic H-S
 CCCIOOO dedisse, qui assensum nullum dedit. quid il-
 li? ego verò cupide & libenter mentiar tua causa: &
 si quando me vis peierare, vt paululum tu compendij
 facias, paratum fore scito. non fuit causa, cur tan-
 tum laborem caperes & ad me venires: per nuncium
 hoc, quod erat tã leue, transigere potuisti. * prob deũ
 hominumque fidem. hoc autem Roscius vnquam à
 Cluuius petiisset, si H-S milles in iudicium haberet:
 aut Cluuius Roscio petenti concessisset, si vnuerse
 prede particeps esset? vix medijs fidius tu Fannius à
 Ballione, aut aliquo eius simili hoc postulare auderes
 & im-

& impetrare posse
 ratione quoniam
 sequi & Cluuium
 temporu casu qd
 Roscius Cluuium: cur
 suo solanda est? non
 ante H-S 1000. des-
 sum erat Cluuius vt
 1000. quã CCCIOOO
 data dicit Fannio à Fl-
 parum dimidia hofij
 suis fili. societati nihil
 rit Saturni esse apertum
 tra veritatem non aude-
 rum in eodem refugio
 se, inquit, nam per
 vacuam, & inopiam
 quod sui regis, ad com-
 tendo, qui nihil capere
 ci. quare enim, poterit
 partem petere, necne? si
 absolute? si potuit, quem
 nam quod sui petiuit
 ita est? si, quod vult
 quod tam exactum esse
 tur: nunc, cum petere
 absolute, soli sibi excep-
 per se iungat, & qui
 lem committatur, sibi
 nisi qui cogitor est fac-
 tu sit tam; quã vult
 vltij

PRO SEX. ROSCIO AM.

Et impetrare posses: quod cum est veritate falsum, tñ
 ratione quoque est in re dubite. obtinuit enim Ro-
 scium. Et Cluuium viros esse primarios: improbos,
 temporis causa esse fingi. * falsum subornauit testem s̄
 Roscius Cluuium: cur tam sero? cur, cum aliter a pen-
 sio soluenda esset? non tum, cum prima? nam iam
 antea H. S. 1000. dissoluerat. deinde, si iam persua-
 sum erat Cluuiio vt mēiretur: cur potius H. S. CCC-
 1000, quā CCC1000. CCC1000. CCC1000,
 data dixit Fannio à Flauio, cum ex restipulatione
 pars eius dimidia Roscij esset? Iam intelligis C. Piso,
 sibi soli societati nihil Roscium petisse. hoc cum sen-
 tit Saturius esse apertum, resistere. Et repugnare con-
 tra veritatem non aude: aliud fraudis Et insidia-
 rum in eodem vestigio diuerticulum reperit. * petis-
 se, inquit, suam partem Roscium à Flauio, confessor:
 vacuam, Et integram reliquisse Fannij, concedo: sed
 quod sibi exegit, id commune societatis factū esse con-
 tendo, quo nihil captiosius, neque indignius potest di-
 ci. quare enim, potuerit ne Roscius ex societate suam
 partem petere, necne? si non potuit, quemadmodum
 abstulit? si potuit, quemadmodum non sibi exegit?
 nam quod sibi petitur, certè alteri non exigitur. * an
 ira est? si, quod vniuersa societatis fuisset, petisset;
 quod tum exactum esset, equaliter omnes partiren-
 tur: nunc, cum petuerit quod sua partis esset, nō quod
 abstulit, soli sibi exegit? quid interest inseri eum qui
 per se litigat, Et qui cognitor est datus? qui per se
 litem contestatur, sibi soli petit: alteri nemo potest,
 nisi qui cognitor est factus: ita ne verò? cognitor se
 fuisset tuus; quod viciisset iudicio, ferres tuum: suo

52
petit sibi
de iure Roscij

53
52
53

H

NOMIN

ORATIO

nomine petijt: quod abstulit, tibi, non sibi exegit?
 54 * quod si quisquam petere potest alteri, qui cognitor
 non est factus: quæro, quid ita, cum Panurgus esset
 interfectus, & l. contestata cum Flavio damni in-
 iuria esset, tu in eam litem cognitor Roscij sis factus?
 cum præsertim ex tua oratione, quodcumque tibi pe-
 teres, huic peteres: quodcumque tibi exigeres, id in so-
 cietatem recideret. quod si ad Roscium n. hil perue-
 niret, quod tu à Flavio abstulisses, nisi te in suam li-
 tem dedisset cognitorem: ad te peruenire nihil debet,
 quod Roscius pro sua parte exigit, quoniam tuus co-
 gnitor non est factus. * quid enim huic respondere po-
 55 teris Fanni? cum de sua parte Roscius transegit cum
 Flavio, actionem tibi tuam reliquit, an non? si non
 reliquit, quemadmodum H-S CCCIDDD. ab eo
 postea exegisti? si reliquist, quid ab hoc petis, quod per
 te persequi & petere debes? simillima enim, & ma-
xime gemina societas hereditatis est. quemadmodum
 socius in societate habet partem: sic heres in heredi-
 tate habet partem. ut heres sibi soli, non cohæredibus
 petit, sic socius sibi soli, non socijs petit: & quemad-
 modum uterque pro sua parte petit, sic pro sua parte
 dissoluit: heres ex sua parte, qua hereditatem adiit:
 56 socius ex ea, qua societatem coijt. * quemadmodum
 suam partem Roscius suo nomine condonare potuit
 Flavio, ut eam tu non peteres: sic cum exegit suam
 partem, & tibi integram petitionem reliquit, tecum
 partiri non debet. nisi forte tu peruerso more, quod
 huius est, ab alio extorquere non potes, huic eripere
 potes. Perstat in sententia Saturius: quodcumq; sibi
 petat socius, id societatis fieri. Quod si ita est: quid

PRO SE
 (malum) saltem
 rum consilio &
 diligenter. ut
 partem sibi soli
 promissione nihil
 est, Roscio, debet



PRO SEX. ROSCIO AM.

(malum) stultitia fuit Roscius, qui ex iurisperitorum consilio & auctoritate respiciatur a Fannio diligenter, ut, quod is exegisset à Flauio, dimidiam partem sibi dissolueret, siquidem sine cautione, & re promissione nihilo minus id Fannius societatis, hoc est, Roscio, debebat?

Desiderantur non pauca.



M. T.